

dictum cultellum vel lancietum haberet nudum in manibus, vel cum duobus generibus aliorum armorum vel ab inde superius supra non specificatorum veniret vel venirent ad dictam questionem verborum, quod tunc illi qui habuerunt dicta
 5 verba non intelligantur incepisse dictam brigam seu rixam, sed cadant solum ad penam statuti loquentis de verbis; ille vero vel illi, qui venirent cum armis ad supradictam questionem verborum, cadant ad penam¹⁾ presentis statuti, et intelligantur venisse ad rixam; et quod, si aliqui cives vel
 10 habitatores Tergesti offenderent se in personas unus alterum factis, et aliquis vel aliqui alii cives vel habitatores Tergesti venirent armatus vel armati cum armis ut superius dictum est ad dictam questionem facti, tunc tales offendentes se factis et ille vel illi qui venirent ad dictam questionem facti²⁾ in-
 15 telligantur incepisse mesclam brigam sive rixam, et euntes cum armis ut predictum est intelligantur ivisse ad mesclam sive rixam, et tam offendentes se quam venientes cum armis cadant // ad penam presentis statuti de rixa. ¶ Exceptis do- 129 B
 mino potestate [et] eius familia qui venire et ire possint cum
 20 armis ad dictam mesclam sive rixam absque aliqua pena, et etiam exceptatis custodibus diurnis et nocturnis civitatis Tergesti, et (de) euntibus et redeuntibus cum armis extra civitatem Tergesti, qui non cadant ad penam dicti statuti de rixa, nisi concederent vel comodarent alicui persone arma sua, vel
 25 extrasserint aliqua arma vel offensionem facerent alicui cum dictis armis. ¶ Et hoc presens statutum dominus potestas legi facere teneatur in quolibet arengo sacramento.

Cap. XVIII. De prohibitione portancium arma.
 R. c. a.

30 **V**etamus quod aliqua fersona sit ausa portare per civitatem Tergesti falconum vel ronchonum vel alia arma fraudulenta ad offensionem vel deffensionem¹⁾ de die sine licentia domini, sub pena centum sold. par. comuni Tergesti

¹⁾ Aggiunta marginale.

²⁾ *factam*. Statuti 1365: *facti*.